



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt. I. Enodatio prima, Marcionis & Manetis, Verbum esse factum carnem, & Deum hominem, apparenter tantùm, ac in speciem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

varia instrumenti veteris loca, quibus perspicue asseritur vnum aliquem verum hominem, simul fore verum Deum. Proponunt ea loca Clem. Rom. 5. constit. c. ultimo S. Cyprianus lib. 2. ad Quirinum. Novatianus l. de Trinit. à c. 9. Eusebius l. 7. de demonstr. & seqq. Et recentioribus præter Porchetum, Finum, Galatinum, aliosque Hebræorum flagellatores, Armacanus toto l. 2. de qq. Armeno. Mendoza q. 6. posit. A Costa lib. 4. de Christo teuel. c. 6. Bellarm. l. 1. de Christo c. 5. Molina l. p. q. 27. artic. 1. disp. 2. Fixum igitur esto, Christum vnum ac eundem, geminæ tamen esse substantiæ, diuinæ scilicet & humanæ. [Catholica fides, ait S. Augustinus tract. 36. in Ioan.] ex utroque verum tenens quod tenet, & prædicans quod credit, & Deum Christum intellexit & hominem credidit: vtrumque enim Scriptum est, & vtrumque verum est. Si Deum tantum dixeris Christum, potentiam negas qua creatus est, vtrumque igitur tene anima fidelis & cor catholicum: vtrumque tene, vtrumque crede, vtrumque fideliter confitere. Et Deus Christus est, & homo Christus. Qualis Deus Christus? æqualis patri, vnum cum patre. Qualis homo Christus? De virgine natus; trahens de homine mortalitatem, non trahens iniquitatem. [Quia verò hic est totus nodus, & tota caligo propositi ænigmatis, vt intelligatur quomodo idem possit simul esse Deus & homo, inquitendum superest in eum modum, auditis & expensis varijs eius interpretationibus.]

SECTIO II.

[Ænigmatis propositi enodationes falsa, per priscos & nuperos Sectarios, subiuncta earundem explosione.]

74. **Q**uamvis tanta sit propositi ænigmatis caligo quantum dixi, non est tamen desperanda eius discussio, quantum licere potest per vitæ huius dubiam lucem. Et quia vt proximè dicebam, cardo huius difficultatis vertitur in exponendo quomodo idem possit esse Deus & homo (ceteræ enim præteritæ contradictiones in hac vna radicanur; & hac implexitate sublata, reliquæ manebunt expeditæ) ideo in hanc vnam conferenda est opera, prolatis primùm ac discussis hostium fidei circa eam dictis à vero alienis, tum subiecta vera sententia. Scitè prosper. p. 2. de promiss. c. 6. hos fidei hostes, ait esse leprosus in barba, quia eum lacerant, in cuius barbam descendit vnguentum diuinum. Exarsit in hac parte nequitia eorum atque malignitas, supra modum. Neque tamen est quod ad eos deplendos appellens animum, timorem eorum timeam. Rectè enim monuit Cassianus l. 7. de Incar. c. 1. [Non timeamus præteritas hæreticorum insidiantium foveas, & obseptas spinis passim horrentibus vias: quæ cum aspernent magis itinera quàm claudant, de emundatione nobis potius labor quàm de possibilitate formido. Quia cum nobis agentibus rectum iter, infirmis se obijciant, & horreant ambulantis magis quàm obstit, plus habet officium atque opus nostrum in purgatione quod agat, quàm ex difficultate quod timeat.] Iure verò subdam cum eodem Cassiano, ad simile certamen se accingente. [Igitur ad monstrosum illud lethiferi serpentis caput mittentes manum, & pertractare omnia admodum illigata ingentibus spiris tortuosi corporis membra cupientes: te, quem semper precati sumus, etiam atque etiam Domine Iesu precamur, vt des nobis Verbum in apertione oris ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes, & omnem altitudinem extolentem se aduersum scientiam Dei: vt capriuemus omnem intellectum in obedientia tua: quia verè ille liber sit, qui ceperit tibi esse captiuus.]

CAPVT I.

Enodatio prima, Marcionis & Manetis, Verbum esse factum carnem, & Deum hominem, apparenter tantum, ac in speciem.

75. **P**rimò ergo aliqui vt ænigma propositum enodarent, docerentque quomodo Verbum factum esset caro, idemque esset Deus & homo, non videntes quomodo ista verè ac re ipsa præstari poterint, eò deuenerunt vt dicerent, humanitatem à Verbo assumptam, non fuisse veram sed tantum imaginariam. Sic enim præcluduntur difficultates superius motæ ex secutura mutatione Verbi, & inuehenda in eum potentialitate. Nihil quippe tale timendum erit, si humanitas assumpta non fuit ens verum sed imago duntaxat & apparens fictio, siue phantasia.

Phantastici Christiani, quibus Verbum non nisi phantastice caro factum.

Scitè S. Leo serm. 15. de passio. Phantasticos Christianos appellauit eos qui ita senserunt. Meminit eorum S. Ignatius episto. ad Trallianos sub medium, aitque illos fuisse quasi atheos. Eorundem idem meminit S. Irenæus lib. 5. c. 1. Primitiis fuisse videntur, Cerdæ ex Tertulliano lib. de præscr. c. 51. & Marcion vt idem refert l. de carne Christi per quinque prima capita; hoc primū Marcionis argumentū adducens c. 3. quod cum Deus sit inconvertibilis, non potuerit verè homo fieri, ne per eam conuersionem in hominem, de immutabilitate deiceretur. Vides in Marcionem eiusque gregales cadere, quod dixit Novatianus lib. de Trinit. c. 18. [Totum Christo susceptum detraxerunt hominem, ne decoquerent in illo diuini nominis potestatem.] Addit Tertullianus ibidem c. 4. argumentum exortus humani spiritus Deum dedecentibus. Quid quod Apostolus ipse, similitudinem humanitatis, atque adeo non veram humanitatem, Christo tribuit?

76. Ad Marcionis phantasma, accessere Montanistæ ex Socrate lib. 7. c. 32. In Perside, Xaroës & Arphaxad Magi, in eodem ceno sunt volutati, vt ait Eusebius serm. 1. contra Catharos, Neminem latet quid in eadem regione senserit Manes, eiusque Sectatores Nimirum ipse quoque, humanitatem tantum imaginariam Christo assignauit. Aliter quidem Manetis errorem refert Acacius episto. ad Petrum Fullonem, sic scribens. [Manichæus cum omnino negasset vnigenitum Dei filium & virginalem partum, dixit Spiritum sanctum in specie columbæ descendisse de celis in Iordane flumine, & ex aquis incorporatum fuisse, & homines illustrasse, & cruci affixum fuisse & mortem pro nobis sustinuisse.] Verum communis sensus, aliter refert Manetis errorem eiusque gregalium. Illorum aliquando parlatius D. Augustinus, suum tunc temporis de Christo sensum, tribuit Manichæis de Christo sententia conformem, his verbis exponit l. 5. confess. c. 10. [Ipsum quoque Saluatorem nostrum vnigenitum tuum tanquam de massa lucidissima molis tuæ porrectum ad nostram salutem, ita putabam, vt aliud de illo non crederem, nisi carni concerneretur. Concerni autem & non inquinari, non videbam, quod mihi tale figurabam. Metuebam itaque credere in carnem natum ne credere cogerer ex carne inquinatum.] Scribit Vincentius Lyrinensis c. 20. commonito. quod huic expositioni erroris Manichæorum, bellè concipit; Nimirum eos cum Deum humanitatem suscepisse & personam in humanitate subsistentem factum audirent, ita id esse interpretatos, vt sensus sit sicut in theatris personam Regis refert qui reuera non est Rex; ita Deum quamvis verè homo non esset, dictum tamen

Falso ostenditur ei honor diuinus.

79. Qui Marcionem ex Tertulliano, & Manetem ex Cyrillo Hierosolymitano, perfectos habueris, haud quaquam mirabitur, tam impios homines effutuisse tam impia. Fundamenta verò quibus nitentur, erant prorsus inania. Ac primum prae-textus diuini honoris minuendi per accessum veræ carnis ad verbum, inanis planè prae-textus fuit, quod monstrant illa Tertulliani l. de carne Christi c. 4. in Marcionis exagitatione. [Igitur si neque ut impossibile neque ut periculosam Deo repodias corporationem: superest, ut quasi indignam reicias & acules. Ab ipsa quidem exorsus odio habita natiuitate, perora age iam spurcitas genitalium in vtero elementorum, humoris & sanguinis fœda cergula, carnis ex eodem cœno alenda per nouem menses: describe vterum de die in diem inolescens, granem, anxium, nexum totum incertum libidinis fastidijs gula. Inuhere iam & in ipsum mulieris ententis pudorem, vel pro periculo honorandum, vel pro natura religiosum. Horres utique & infantem cum suis impedimentis profusum utique & oblitum. Dedituraberis quod primis dirigitur, quod vnctionibus formatur, quod blanditijs deridetur. Hanc venerationem ô Marcion, naturæ despicias: & quomodo natus es? odisti nascentem hominem: & quomodo diligis aliquem? Te quidem planè non amasti, cum ab Ecclesia & fide Christi recessisti. Sed videris si tibi displicet, aut si aliter natus es? Certe Christus dilexit hominem illum in immunditijs, in vtero coagulatum, illum per pudenda prolatum, illum per ludibria nutritum. Propter eum descendit: propter eum prædicauit: propter eum omni se humilitate deiecit vsque ad mortē & mortē crucis. Amavit utique quem magno pretio redemit. Si Christus creator eius est, suū meritò amavit.] Mox quoque ibidem c. 5. [Quodcumque Deo indignū est, mihi expedit. Saluus sum, si non confundar de Domino meo. Qui me, inquit, confusus fueris, confundam & ego eum. Alias non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptum ruboris probent, bene impudentem, & feliciter stultum. Natus est Dei filius: non puder, quia pudendum est, & mortuus est Dei filius: prorsus credibile est, quia ineptum est, & sepultus resurrexit: certum est, quia impossibile est.] nemum egregiè l. 3. c. 10. ex eo quod Marcion deum specie tantum externa apparuisse in phantasmate hominem diceret: quia caro vera, quippe stercorebus infecta, aeterna Deo erat, colligit Tertullianus, etiam ipsum carnis inane simulacrum fuisse à Deo refugiendum. Deuisset enim æquè Deus, phantasma rei adeo indignæ auersari, sibi-que probrosum ducere.

80. Verum Marcioni ac Symmistic illud meritò occinatur ex S. Basilio homil. de humana Christi generat. [Cogita de incarnatione Domini magnificè. Intellege diuinitatem esse intactam & immaculatam, quæ & si sit in materiali natura, ita illi inest, eius imperfectum fragileque corrigat; non autem ut ipsa, passio-num debilitate inquinetur. Nonne solem conspicias in luto se volutantem, minimeque contaminantem; & super cœno cortuscantem; minime tamen fœtidum aliquid referentem? Itaque contrario modo magis eorum quæ diutius contingit patredinem exsiccant. Quid igitur dubitas de immensa incorruptaque natura, ne aliquam ex nobis maculam contraxerit?]

Manichæum non dissimiliter alloquitur D. Augustinus orat. de 5. hæresibus c. 5. [Frustra (inquit) Manichæ conaris aduersari Prophetis. Ecce Apostolus dicit, De filio suo qui factus est ei de semine David secundum carnem. Quod Prophete præviderunt & prædixerunt, hoc Apostoli viderunt, & prædicauerunt: qui erat, fa-

ctus est. Quid erat quid factus est? Deus erat, homo factus est: suscepit humanitatem, non amisit diuinitatem: factus humilis, mansit sublimis: natus est homo, non desinit esse Deus: natus est paruulus, latens magnus; qui libenter amplectitur Deum natum, non horreat virginis partum. Dicit tibi Deus creator hominis filius hominis, quid est quod te permouet in mea natiuitate? Non sum libidinis conceptus cupiditate. Ego matrem de qua nascerer, feci: ego viam meo itinere præparavi atque mondaui. Hanc quam despicias Manichæ, mater est mea, sed manu fabricata est mea: si potui inquinari cum eam facerem, potui (in illa) inquinari cum ex ea nascerer. Sicut transiit meo illius non est corrupta Virginitas, sic & mea nō est tibi maculata maiestas. Si Solis radius cloacarum sordiciem defecare nouit, eis inquinari non nouit: quanto magis splendor lucis æternæ, in quo nihil inquinamenti incurrit, quocumque radiauerit, mundare potest, ipse polui non potest? Scute, unde sordes in Virgine matre, ubi non est concubitus cum homine patre: unde sordes in ea, quæ nec concipiendo libidinem, nec patientia est perpessa dolorem? unde sordes in domo, ad quam nullus hospes accesserit? Solus ad eam Dominus & fabricator eius venit: vestem quam non habebat, induit: eamque sicut inuenit, clausam reliquit, sicut ille natus est solus inter mortuos liber; sic istius ex qua natus est matris pudor, solus est integer. Eva inobediens, meruit penam. Maria obediendo, consecuta est gratiam. Illa gustando prohibitum, maledicta: hæc credens Angelo, est benedicta. Illa nobis mortem contulit, hæc virgo vitam nobis peperit. Quid agis Manichæ? Christianum premis, non Christum defendis. Taceat immunda vanitas, quia munda nata est diuinitas.] Egregiè aduersus eundem errorem, hoc ipsum telum intorquet idem Augustinus l. de agone Christiano cap. 18 & Euseb. l. de demonstr. c. 13, ac Eustathius Antiochenus apud Theodoretum dialo. 3.

Perperam item allegatus pro eo Apostolus

81. Alterum fundamentum quo abusus hoc hæreticos dicebam, petebatur ex tributa Christo per Apostolum similitudine carnis; ac ex eo quod Deus dicatur in similitudinem hominum factus. Verum Apostolus, non carnis similitudinem, sed carnis peccati Christo assignauit, ut latè versat Didymus l. contra Manichæos sub medijs, & Cassianus l. 4. de Incar. c. 3. & benè his perpaucis Ioannes IV. in Apologia pro Honor. I. sub initium. [Verbum caro factum in similitudine carnis peccati, omnia nostra suscepit, nullum reatus vitium ferens ex traduce præuaricationis exortum. Similitudinem ergo intelligimus, non carnis eius, sed peccati. Etenim carnem Dominus veram suscepit ex intemerata & beata Virgine Dei genitrice, consubstantialis nobis effectus. Ergo similitudinem carnis peccati, sanctus dicit Apostolus, quam similem nobis peccatoribus, sine peccato, cum anima rationali suscepit.] Dixit præterea Apostolus, Christum, factum esse in similitudinem hominum: non quod apparenter tantum homo esset, sed quod natura quam Verbum assumpsit, conueniat cum nostra, sitque verè humana, æquè ac ea quæ nobis inest.

Fructus disputationis contra hunc errorem.

82. Claudamus cum Eucherio hom. in illud, arundinem quassatam non confringit, ubi sub finem, aduersus assertorem propositi erroris, sic disputat. [Minorem ergo ideo æstimas Deum quia corpus assumpsit? Sed cum Apostolus dicat: Exinaniuit semetipsum formam seruus accipiens in similitudinem hominū f. ctus, & habitum inuentus ut homo; in hoc quod Deum hominem induit, &

Verbum

bonitas, quia circa te plus exercent bonitates.

Nec illa minus conueniens clausula est S. Hilario
h. de Trin. [Dei igitur imago inuisibilis, pudorem
humani exordij non recusat, & per conceptionem,
partum, vagitum, & cunas, omnes naturæ nostræ
contumelias transcendit. Quid tandem dignum à
nobis tante dignationis affectui rependatur? inenar-
abilis adeo originis vnus vniuentis Deus, in corpuf-
culi humani formam sanctæ Virginis vtero infertus
ascendit. Qui omnia continet, & intra quem, & per
quem cuncta sunt, humani partus lege profertur: Ad
cuius vocem Archangeli & Angeli tremant, cælum,
& terra, & omnia mundi humis resoluuntur elementa,
vagina infanzie auditur. Quinuisibilis & incompre-
hensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus,
cuius est obsequio. Hæc sic vires indigna Deo reco-
le, tanto te maioris beneficij obnoxio confitebitur,
quanto minus hæc Dei conuenienter maiestati. Non
est eguit homo effe, per quem homo factus est: sed
non equimus, vt Deus caro fieret; & habitaret in
nobis, id est, assumptione carnis vnus, membra vniuer-
sæ carnis incolet. Humilitas eius nostra nobilitas est,
contumelia eius honor nobilis est: quod ille est Deus
in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne
renati. Sei ne fortè detineant scrupulosos conceptioni
cunæ, vagitus, partus, atque conceptio,
residenda est singulari Dei dignitas: vt voluercis hu-
militatem potestatis ambicio præcedat, nec dignatio-
nem dignitas derelinquat.]

CAPVT II.

*Enigmati propositi secunda enodatio, per Pho-
tinum atque Marcellum; Verbum quod caro
factum dicitur, non substantiale quid
esse, sed duntaxat nuncupativum.*

8. Secunda explicatio ænigmatis propositi, tradita a Mattheo acque Photino, cuius errorem tarde sibi perceptum facit S. August. l. 7. confess. c. 19. eo deestabilior est, quod phantasmam non in humana Christi natura statuit, sed in Verbi persona. [Verbum quod ex Deo est, inquit S. Cyrillus initio libri de fide ad Theodosium, sangelis de his hæreticis, non habere substantiam dicunt; sed simpliciter Verbum quod secundum solam pronunciationem intelligitur, hominon factum esse affirmant.] Hoc est quod Fulgentius l. 1. ad Traianum c. 6. tradit, Photinum concessisse duntaxat, verbum prolatum & nuncupatum, non autem substantiale. Itaque insulse Erasmus ad epistolam q. S. Augustini, vbi habetur Photinianos negasse, vllam nisi Dei Patris esse substantiam, illiuit margini hæc notationem; *Substantia dixi pro persona.* Hoc dico male illi Augustino, qui ex mente Photiniani unum viupatibi substantiam, etiam pro natura Photiniani eorum, nullam sue personam, sue naturam substantialem agnoscebant in Verbo Dei, sed illud statuebant prolatum quid. Et facit quidem, Verbum vocale Deo effectum ad modum verbi humani, esse reuera aliquid: nam est qualitas soni, implanata substantiæ æris diffacti per pronunciationem.

Error Photini conuellitur.

84. Sed neque hæc propositi ænigmati expolitio, admitti potest. Est enim subtilissimi cordis erectio, vt rectè pronuntiant S. Cyrillus l. de fide ad Theodof. in confutatione huius erroris quam S. obliterant, instituit ex illis verbis. 1. Ioan. 2. *quis est medax, nisi qui negat quoniam Iesus, est Christus? Hic est Antichristus, qui negat Patrem & Filium. Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet. Qui confitetur Filium, & Patrem habet.* Tertullianus aduersus hunc errorem disputato, neruosa de more & fortis est. Sic enim habet in eradicatione aenarum Praxearenarum cap. 7. [Ergo inquis, tas aliquam substantiam esse sermonem, spiritu & sophia traditione constructam? Plane. Non vis enim cum substantiarum habere in se per substantiæ proprietatem, vt res & persona quedam videri possit, & ita capiat secundus à Deo constitutus duos efficere, Patrem & filium, Deum & Sermonem. Quid est enim, dicit fermo, nisi vox & sonus oris, & (sic quæ Grammatici dicunt,) ær offensus, intelligibilis auditu, cæterum vacuum nescio quid, & inane, & incorporale? At ego nihil dico de Deo inane & vacuum prodire potuisse, vt nō de inani & vacuo prolatum: nec carere substantia, quod de tanta substantia processit, & tantas substantias fecit: fecit enim & ipse quæ facta sunt per illum. Quale est, vt nihil sit ipse, sine quo nihil factum est: vt inanis solida, & vacuis plena, & incorporalis corporalia sit operatus? Nam & si potest aliquando quid fieri diuersum eius per quod fit, nihil tamen potest fieri per id quod vacuum & inane est. Vacua & inanis res est fermo Dei, qui filius dictus est, qui ipse Deus cognominatus est: *Et fermo erat apud Deum, & Deus erat fermo?* Scriptum: *Non sumes nomen Dei in quantum.* Hic certe est, qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit esse se æqualem Deo. In qua effigie Dei? vique in alia, non tamen in nulla. Quis enim negabit Deum corpus esse, & si Deus spiritus est? spiritus enim cõpsum sui generis in sua effigie. Sed & inuisibilia illa quæcunq; sunt, habent apud Deum, suum corpus, & suam formam, per quæ soli Deo visibilia sunt, quanto magis quod ex ipsius substantia, nullum est, sine substantia non erit? quæcunque ergo substantia Sermonis fuit, illam dico personam, & illi, nomen filij vindico: & dum filium agnosco, secundum à Patre defendo.]

Nihil hac corporis et diuinæ affectione, peccatum
 à Tertulliano, qui pro solida substantia, nomen *corp-
 oris* vilipendit, monstratum est in Natur. Theolo. dist. 6.
 num. 11. Rectè igitur contendit Tertullianus, agnos-
 cendam esse in persona Verbi substantialem solidita-
 tem; sine qua rueret planè fides nostra, euerla Triade
 personarum verè subsistentium. Apostoli quoque in-
 ter planos improbiissimos numerandi essent, qui an-
 nunciarent deum Verbum, quod nihil reipsa sit sub-
 sistens, sed tantum sit sonus configuratus in vocem.
 Neque verò cum blasphemia tantum, sed etiam cum
 absurditate incredibili, verbum prolaticum dicere-
 factum homo. Quo enim vel imaginario sensu, sonus
 dici queat fieri homo? Meritissimè proinde Phorinus,
 in magno Nicæno Concilio damnatus est, et, ut notat
 Anastas. c. 5. dist. 78, perillam (ut c. 9. loquitur,) [syno-
 du]